TECHE UDINE

MANOSCRITTI

FONDO JOPPI

Manoscritto n. **J_MSS_0510**

I manoscritti che compongono compongono il fondo, assieme alle migliaia di testi a stampa - compresi rari incunaboli e cinquecentine - il Fondo Joppi, sono quasi esclusivamente di interesse friulano. La raccolta si è formata nell'arco di una sessantina di anni grazie alle ricerche di Vincenzo ed Antonio Joppi.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine - Inventario dei manoscritti del Fondo Joppi

https://www.techeudine.it/fondo-joppi

https://www.sbhu.it/

Caimi Pompei Dissertatio inedita. Mssus

510
Toppi

Caimo Pompeo = Qua lit ad sa=
nitatem tuendam noliconia etc. =
Dissertatio inedita ‡

Quæ sit ad sanitatem tuendam melior
uia, annua ne corporis purgatio,
an quotidiana uictus observatio.
A.^e P.^o C.^o

Ut in rebus ad animum attinentibus nil est uirtute præstantius, sic in attinentibus ad corpus nil sanitate optabilius, tantumq; inter has duas hominis dotes intercedere similitudinis obseruamus, ut in sapientum libris et uirtutem animi sanitatem uocatam, et sanitatem corporis uirtutem nuncupatam legamus. Est uirtus corporis sanitas, quia propriũ uirtutis est, ut docet Plato in p.° de iusto, et Aristoteles in p.° Æthicorum, bonum efficere uirtute præditum, et bonas ab eo prodeuntes operationes, sanitas autem et corpus efficit bonum, et bonas etiam operationes a corpore prodeuntes. Hinc

duplici potissimum nomine carissimam
esse nobis debere sanitatem auctor erat
in Rhetoricis Aristoteles, quia nempe
duas nobis impertitur res optatissimas,
uitam et uoluptatem, quarum prima
corporis statum respicit, secunda opera:
tionum modum. Hoc praeclarum sani:
tatis munus alijs quidem tale natura
largitur, ut uniuerso suae uitae curricu:
lo, quem etiam satis diuturnum sunt
nacti, illud seruent incolume; alijs uero
ex altera parte concedit tale, ut freque:
tes in eo suscipiant labes, et uel immi:
nentes habeant, uel etiam urgentes prae:
ter naturam affectiones. Sunt quidam

adeo male a natura instituti ut iuxta
Galeni dictum eos ne Aesculapius quidē
sospites tueretur, et ad senectutis limen
perduceret. Quos quidem homines his
corporibus phisicis possumus quoquopacto
conferre, quæ ne multis quidem actioni:
bus, multiplicatisq; motibus possunt ad
boni adeptionem peruenire, ut in 2°. de
Cælo considerat Aristoteles. Firma quidē
sanitas, solidisq; fundamentis innixa
nullis indiget adminiculis, sed spontē
sua excurrit integra, hominemq; addu:
cit non solum ad tres exigendos iste au:
reos, quos sibi augurabatur lepidus ille
Epigrammatarius, septuagesimū quinctū

annum insinuantes, sed uel ampliorem
sedulo ætatem cum satis bona sensuum in:
tegritate peragendam. nam, ut dicebat
Celsus, sanus homo, qui et bene ualet, et suæ
spontis est, nullis obligare se legibus debet,
ac neq; medico, neq; iatralipta egere. Vale:
tudinis infirmæ alia est ratio, disparq; condi:
cio, hæc enim, ni manum porrigas, corruit,
et suis destituta fulcris non diu hæret,
atq; consistit. Melancholicos uocat in
Ethicis Aristoteles perpetuæ cuiusdam
medelæ indigos ob infestantem succum,
et indesinens negotium facessentem, non
aliter qui ualetudinarij sunt perenni
quadam indigent custodia, nec unquam

cenantẽ sollecitudinẽ, et cura ad eos, quos pro:
pria minitatur infirmitas, inhibendos, auer:
tendosq; casus. ita de Herodico Selymbrio,
Gorgiæ leontini fratre, proditum memoriæ
legimus, fuisse illum infirmissimã corpo:
ris habitudine præditum, et male admodũ
sanitatis munere à natura instructum;
sed suis perfecisse studiis, illudq; esse artis
benefitio adeptum, ut longeuam ætatem
traduxerit et in Macrobiorum adigi
censum potuerit. Hanc eius in uita cu:
randa sollecitudinem tanquam nimiam
redarguere uidetur in libris de Repub.ᶜᵃ
Plato, sed ri. arguit ut parum ciui publicis
actionibus operam nauaturo conuenientẽ,

non male, si absolute arguit ut rem malam,
non bene, quia non est ut in contractibus,
et rationibus contrahendis, ita etiam in
uita traducenda exquisitus, et accuratior
modus illiberalis, et reprehendendus, quip-
pe uita thesaurus est diuino munere no-
bis concessus: omni quidem studio seruandus,
et custodiendus; ut si condigna fuerit
occasio oblata, alacres simus ad erogan-
dum, sin minus, parati saltem ad eum
repetenti naturæ restituendum. Est
huius thesauri erogandi tempus, cum
pulchra occurrit occasio, si mortem
obeas, gloriam parandi immortalem,
ut in Achille demonstrauit Homerus,

quem facit in sua Iliade enarrantem, duplex sibi fatum fuisse a Genitrice Thetide propositum, quorum alteru manenti apud Troiam et bellum conficienti, brevem quidē uitam, aeternam autem famā promittebat; alterum autem in patriam reuertenti ibiq; otianti nomen quidem obscurum, aetatem uero longaeuam denuntiabat. et licet uerbis hoc ultimu sibi in nono Iliadis amplexandum proponat, factis tamen primum illud est amplexatus, ut in Ione considerat Plato, mortem appetens, nunquam moritura gloriam adipiscens. Haec sunt ansae praeclarae erogandi praeclari thesauri uitae, lis, et sunt aliae huius generis paucae, quibus

non suppetentibus supprimenda, erogatio
parsimonia omnis seruanda, diligentia
omnis adhibenda pro retinendo pretioso ui-
tae munere a natura nobis concesso, ueluti
in exercitu solet usu uenire, ut milites de-
legatum sibi ab Imperatore locum accu-
rate retineant, nec unquam sine eiusdem
iussu dimittant, ut erat Philolai pythago-
rici in Platonis Phaedone animaduersio,
ac tanto magis retinendus, procurandusque
uitae usus, quanto maior spes suppetit in
longo uiuendi interuallo honestis animi
habitibus proficere, et praestantiora in
dies uirtutum opera depromere, quod ne-
dum nostros uero pietatis lumine illu-

etratis innotuit, sed uel ipsi inter Ethnicos
Plotino patuit, ut docet eius liber de animæ
eductione à corpore, qui moriendi tempus de-
finit cum corpus deserit animam, non cum
anima corpus, quæ minus tunc debet deserere,
cum adhuc proficiendi esse potest accessus.
Singulis ergo sua curanda est ualetudo, uitæ-
que usura pro eo ac fieri potest proroganda,
quia non ludicra petuntur præmia. Sit inui-
gilantibus in hanc curam, fundamenti con-
seruatricem, cui præmia cuncta innituntur,
nam uiuenti humana omnia adijci possunt,
morienti omnia pereunt. Hinc Socrates
in Gorgia cantilenam illam in conuiuijs con-
cini solitam laudibus efferebat, quæ inter-

humana bona primum esse dicebat ualere, secundū formosum esse, tertium diuitias habere nulla fraude quaesitas. Ad hanc igitur tuendam, et quantum fieri potest conseruandam ualetudinem, plurimi ex his, qui sunt eam imbecilliorem a natura sortiti, ad medelas tanquam ad sacram anchoram confugiunt, et annuis quibusdā, ac si Dijs etiam placet frequentioribus purgationibus expiandum corpus suscipiunt. Nam cum magnū excrementorū prouentum experiantur, unde morborum imminet insultus, haec expianda excrementa curant, et uel phlebotomiam, uel purgantis pharmaci opem usurpant. Quod

quidem factum Hippocratis consilio consonu
apparet asserentis in aphorismis quibuscuq;
purgatis, uel uenæ sectio conuenit, hos uere
purgandos, uel sectione uenę adiuuandos es-
se, in cuius afforismi comentario annotabat
Galenus hoc quidem consilium his hominibus
dari, qui licet sani sint, non perpetuam ta-
men sibi polliceri sanitatem possunt, sed qua-
si pro foribus habent pulsantes ægritudines
uarias, ad quas repellendas optimus sit uel
uenę sectæ, uel pharmaci decorati usus, hos
autem esse illos homines constat qui debili-
ori sint, parumque firma corporis habitudi-
ne præditi. Huius doctrinæ eiusdem semina
iecit Galenus in libello inscripto Quos, quib;

et quando purgare oporteat ubi sanis quidem nullam conuenire purgationem, ualetudinariis autem apprime esse conuenientem edocuit, eiusque beneficio multos à multis tutatum se esse, facileque preseruasse ægritudinibus, libere prædicauit. Sed hanc tuendæ ualetudinis rationē à plurimis quidem seruatam non defuit, qui acriter redargueris, nam Asclepiades, qui magni Pompei tempore uixit, et magnam sibi nominis celebritatem comparauit, medicamenta omnia in extremas amandanda insulas, aliaque auxilia ad uitæ longitudinem censuit usurpanda, quam suam sententiam suo confirmauit exemplo, qui cum fortuna sponsione fecisse est uiuis, ut ait Plinius, et ad summam se-

nectucim dediteria sedalis sapore, quasi aliter
mori non potuisset, fuit exanimatus. Fuit
hic hostis medicamentorum acerrimus, quasi
ad euertendam potius, quam ad recuperan=
dam, confirmandamue humanam ualetudi=
nem ualentium. Fuerat Prodicus multo pri=
us sententię eiusdem, si Hippocrati credi=
mus in sexto Epidemiorum affirmanti solitu
hunc fuisse uel ipsos febricitantes cursibus,
luctationibus, fomentis suscipere curandos, quip=
pe qui non solum intra sanitatis latitudinem
consistentibus, sed uel graui etiam ęgritudi=
ne correptis superuacaneum censeret,
parumque accomodatum medelarum usum.
quasi hic quidem non solum non pelleret

morbos, et aboleret, sed augeret magis, contumacioresque efficeret. Huius uidetur uestigiis Plato institisse in Timeo, qui tres in homine motus ad sanitatem directos considerauit, ut Galenus etiam in libris de sanitate tuenda animaduertit, alium quidem in se ipso à semet ipso factum, alium extrinsecus aduenientem, et ab alio secundum totum exercitatum, alium ab alio secundum partes in eodem quoad totum permanente exercitum, quorum quidem primus est motus progressionis spontanea ratione, proprioque nutu factae, secundus est motus equitationis, seu uectionis in curru uel naui; tertius demum est ille impulsus, illa partium

agitatio, quasi assumptas uires modo=
rarum suscitat, et absoluit. Motus quidē
aliquis corpori necessarius est, quia ni=
hil habet aduersantius ipso tempore, ac
desidia, et uelut ignis suis innatis desti=
tutus motionibus celerem subit corruptio=
nem, ita nostri caloris qualiscunque igni=
culus, nisi motionum seruetur adminicu=
lis citam facit suę incolumitatis iacturā.
nam uelut homo integer ut sospes degat,
motiones exposcit partim animam, partim
corpus respicientes, ita corpus altera ho=
minis pars, ut se custodiat agitationes
proprias requirit ad insitam sibi uim,
tonumq; retinendum conducentes. Alio=

[illegible] interdum causarum
labore corpori inductos, inde uel alteratum,
uel excrementis repletum, nisi opportunus
motus eam aut alteratione corrigat, aut
repletionem demat. Quod quidem in libris
de dieta prius explicauerat Hippocrates,
ad hominis tuendam uitam non minus
motum quam cibum necessarium statuens,
quia quantum hic ualet ad deperditam
reparandam substantiam, tantum ille co=
fert ad excrementorum abolendam colluuiem.
Hisce ergo de causis tam necessarium plurimum
motum iudicauit Plato, eundemque, ut di=
ximus, triplicem in nobis efficeret, optimum
eum censuit, qui progressorius est, et proprio

nutu perficitur; pessimum eam, qui purgatorias est, et pharmacorum ope exercetur, medio se loco habentem eum, qui ductorius est, uiq. aliena extrinsecus accedente obitur; primus namq. ille, quo ipse a se ipso. Eo mouetur, et mentis, et uniuersi ipsius motioni cognatissimus est, ti apprime similis, quia ut mens suos habet perennes motus ab interno principio a sua nempe natura profectos, et ut haec uniuersi moles ab interna ui per suos quasi artus infusa nunquam deficiente motu agitatur, ita homo ab anima mentis aemula, ac interna, propriaque ui per membrorum compagem diffusa arbitratu suo mouetur, itq. rebusq.

uias, ut ait ill⁹, et cuiusdam quasi circu=
lationis munere fungitur, ut in hoc quoq;
mundanam quandam praeferat consti=
tutionem, et paruum se quasi mundum, ma=
ioris mundi mores consectantem se con=
templantibus ostentet. Optimus est iste
motus, quia optimam arguit in moto dis=
positionem, quod nullam sustineat uim
illatam, omnem exerat uim cumulatam,
ut moueatur quia moueat, nec aliunde
petitis adminiculis egeat, sed propriis se
bonis, genuinisq. presidiis regat, naturamq;
ualidam; indeq; prodeuntes actiones eidem
consentaneas preseferat. Ab hoc laudis
gradu secundus recedit motus, qui ad

uectionem siue curru, siue naui factā,
atque ad ipsam adeo equitationem
pertinet, hic namq; motus extrinsecus
accedens uim infert corpori moto, qđ
actione sui quiescit, ac torpet, otiosaq;
retinet interna motionis principia, spi-
ritus nempe ipsos, natiuumq; calorem,
qui motu uiuescit, et excitatur, uiresq;
acquirit eundo, quiete hebescit, et lan-
guet, uiresq; deperdit considendo, ut in
secundo de sanitate tuenda explicat abū-
dè Galenus; illud tamen inter uectionem,
equitationemq; intercedit discriminis,
quod uectio precipuè si stratu iaceat, cor-
pus undiq; quiescens ducit, et per se quies-

stenti motum aliud inferre, ad quem absol-
uendum nullam laboris portionē corpus
ipsum confert, sed equitationis dispar cō-
ditio est, nam qui equo insidet non itidem
eo agitatur gestante, ut ipse nihil agat,
quin spinam erectam sustinere, tum utrisq̃
feminibus equi costis firmiter hærere, et
crura extendere cogitur, anterius etiā pro-
spicere, ut non uisus modo, sed collum et
aliquem laboris sensum percipiat, ideoq̃
sit equitatio mixtus quidam motus parti
ex principio externo, partim ex interno cō-
flatus, quod præclare in eo libro ostendit
Gal. Deterrimus omnium motus ē ille
qui pharmacor usu obitur, qui iacens,

quiescensq; corpus secundum totum, mo=
uetur secundum partes a ui purgatoria
pharmacis insidentis. hic n. motus undiq;
uiolentus est, naturęq; corporis aduersarius,
et uim infert hostilem, et inimicam, non
placidam, et amicam ut uectio, et exercitatio,
qui motus licet sint uiolenti, accedentesque
extrinsecus uel inuitum corpus pertrahant,
habent tamen facilem et iocundam tractio=
nem, amicam toti, amicam partibus, et na=
turę languenti, uel saltem quiescenti manu
quodammodo porrigunt. Sed medelarum facta
interuentu agitatio naturam aggreditur co=
turbandam, cui talis negotium facessit, ut
ipsa uicta succumbat, et inuitaq; ductu uic=

tricis medelę sequatur, cum ut ubi ipso teste Galeno in primo de simplicium facultat. in hoc alimentum dissideat à medicamento, q̃ illud uincitur à natura, hoc uero uincit naturam. Et quia uictoriæ conditio insolens ẽ ut ait ille, insolentem se præstat in uicto corpore uictrix medela; omnemq. ipsius œconomiam pessundat, omnesque succos concitatos impellit, ipsismet uisceribus molesta, et non solum contentos succos, continentesq. partes diuexat, sed in impetũ eos facientes impetum spiritus facit, rebus omnibus sibi obuiam factis infesta, omnibusq. uiolentum iure uictorię insultum impertita. Hoc nomine deterrimam pharmacorum

motum auntugat Plato nunquam adhibē=
dum ;nisi cum summa cogat neces=
sitas, cui quidem parere sapientis semper ē
habitum, sed hanc pharmacorum usu peruer=
tere nunquam sanę mentis munus iudi=
catum. Hęc quidem necessitas tunc uidet̄
obrepere cum maximus apparet urgentis
morbi insidens, cui sustinendo natura non
uideatur ęqualis futura, ut ideo ad mor=
bificam minuendam materiam, quę caloris
innati opprimentem quandam minitetur
labem, pharmacorum usui tanquā sacrę an=
chorę danda sit manus ad imminentem
pernitiem si fieri possit auerruncandā. nām
morborum infestantium uim remediorum uis

consectatur usurpatorum, ut paruas par=
ua, magnos magna remedia deceant, ut
in libros de locis in homine docet Hipp:
qui extremis exquisite morbis extrema ex=
quisite remedia conuenire in celebri pro=
clamat aphorismo. nam cum res redijt
ad triarios, uniuersa exercitus uniuersi
uis effundenda, omnes adhibendæ machi=
næ, omnis armorum moliendus conatus ad
infringendum hostium impetum, ad eorum
tela a nostris ceruicibus auertenda. Ex=
perimentum quidem in arte medica est
apprime iuxta diuini senis admonitionem
periculosum, quia non in pugna,
sed in dolio figulina nondum certis in=

nixa fulcris iuxta paræmiam; uerum in
præcipiti malo præstat aliquod tentare præ=
sidium quam nullum, ut ait Celsus, et op=
ortet aliquid agentis uel periclitari, ut Thu=
cididis testimonio confirmat Galenus. Quō=
niam ergo duo sunt in magnis morbis ma=
gna præsidia; purgatio et uenę sectio, ideo
ingruentibus illis non solum à detracto sā=
guine petitum præsidium est adhibendū,
sed interdum etiam, quod artificis prudē=
tię iudicandum relinquitur, medicamentoꝝ
subsidium usurpandum: Hoc .n. pactio de=
plorati aliquando casus ad bonam frugē
rediguntur, tantaq; ex hoc remedioꝝ genere
percipitur utilitas, ut uerissimū appareat,

Herophili dictum medicamenta diuinum munus, et diuinam quaxi manum salubriter adiunctam affirmantis, quia quod tactus diuinus efficere potest id præstent medicamenta usu probata; quod scriptis mandauit Scribonius largus in eam præcipuè curam in sui libri exordio incumbens, ut medicamentorum facultatem extolleret, et aliter opinantium sententiam redargueret. Non respuendus ergo medicamentorũ usus, si necessitas urserit, hæc autem urserit, si morbus fuerit magnus, cui debellando nõ possit natura sufficere, si adsint purgãdi magis quam sanguinis detrahendi indicationes, quæ præclara est Galeni tum

29.^m^ secundæ sectionis aphorismum explicantis, tum in 4.° Methodi de morbi magnitudine disserentis animaduersio. In huiusce necessitatis defectu non usurpanda medicamenta statuit Plato, sed auersanda, et in extremas quodamodo insulas amandanda; nec qui aliter faciat, eum nedum esse medicum bonum, sed ne sana quidem mente præditum hominem. Affero ad hoc rationem præclaram huic fundamento nitentem, quod morbi ni sint periculosissimi non sint pharmacis irritandi, quasi dicat uir diuinus non de philosophia solum, sed de medica etiam facultate uel ipsius testimonio Galeni optime

meritus, idem usu fere uenire de morbis, quod de crabronibus; nam ueluti hos ad impetum iam concitatos uehementem omni studio tollere conandum, eisdē uero quiescentibus parcendum, nec ulla admouenda manus, ne malum sopitum exciteemus, et nullum alioquin molituros incomodum ad pugnam prouocemus, et ad exerendos, imittendosq aculeos irritemus, ita morbos magnos discriminis plenos, plenos periculi omni præsidiorum genere aggredi decet, eisque profligandis non sola uictus ratione, non sola sanguinis detractione, sed opportuna etiam medicamentorum administratione intendere oportet, quia hoc pac=

cto euadimus aliquando uoti compotes, et
quod supra humanas uires uidetur laben=
tem iam alioru salutem sustinemus, et mor=
ti fere addictos Herculis æmuli morituram
Alcestim seruantes, seruamus incolumes.
Verum morbos leues, non magnum nobis
negotium facessentes, non magnum à nāli
statu recessum inuehentes, non magno na=
turam conatu impetentes non ē tentandū
medicamentis demoliri, quia non solum non
fiet id, quod erat in optatis, sed illud facili
negotio continget quod non fuit in cogitatis,
ut morbi instar crabronum irritentur, ad
ulterioraque importanda damna percellant,
ex paruis ingentes, ex facilioribus difficillimi

ex paucis plurimi effecti. Habet .n. inquit Plato morborum constitutio animalium naturae quid persimile, nam animalium à primordio talis est facta compositio, ut statutos habeat, ac definitos suae durationis quasi cancellos, citra quos licet possit consistere externis labefactata iniuriis, necessariis succumbens passionibus, non potest tamen progredi ultra, nec fatale uiuendi spatium egredi; quia trianguli ab ipso ortu singulorum uim possidentes ad certum usque tempus sufficienter uitae continendae cohaerent, hoc est innatus calor, ipsique spiritus functionum omnium auctores, uerique opifices insunt, inhaerentque certo temporum

curriculo ipsis uisceribus, a quibus mordi=
cus retinẽtur, et donec retinentur, uita ma=
net incolumis; sed ultrà hos à fato, hoc est à
propria natura constitutos fines nemini
prorogatur ętas. Hoc idem ipsarũ ęgritu=
dinum constitutioni uidetur usu uenire,
quibus definita quędam conueniant tem=
pora, suum principium, incrementũ, statũ,
declinationem habentibus, ad quã declinat.ⁿᵈ
cum uenerint, desinant, finemq; nacti abo=
leantur necesse est: nam morbi ut docet Ga=
lenus in libello de eorũ temporibus, si fuerit
salubres, faustoque exitu terminandi, qua=
tuor habent enumerata tempora, et quasi
animalia quędam quatuor hasce percur=

runt ætates, pueritiam, adolescentiā, uiri=
litatem, senectutē, sed si insalubres, et læta=
les nunquam fiunt declinationis compotes,
sed priusquam ad eam perueniant, in præ=
cedentium temporum aliquo perimunt
hominē. In his ergo, qui sponte sua præ=
cipites ruunt ad inferendam pernitiem, et
nisi obicem reperiant, cum uitę termino ter=
minantur, medicamentorū est necessarius in=
terdum usus, quorū quasi freno effrenis eorū
inhibeatur, coerceaturq; impetus, opportuna
que ope melior inuehatur, optatiorq; euē=
tus. Sed morbi salubris, naturæq; impe=
rio obtemperantis non sunt pharmacis
tentandi, sed suus illis permittendus

cursus salua ægrotantis incolumitate per=
ficiendus, expediet relinquendæ, atque pa=
tentes itineri uiæ, quasi hostibus per nos=
tros fines animo non ualdè hostili transe=
untes; quos nisi aggrediamur, citò uideamus
exigua cum detrimento nostris è finibus e=
gressos; sed si paratis armis prolectemus ad
pugnam, non exiguam nobis iacturã uas=
tandis finibus illatam conspexerimus mo=
litos. Cauendũ ergo fuerit, ne citrà fatalẽ
temporis cursum morbos amputare conten=
damus, quia hoc est uim naturæ inferre, et
suas illi leges uelle immutare, et placidã alio=
quin ægritudinẽ atrocẽ efficere à medica=
mentosa agitatione irritatam, et morbificã

materiam paulatina coctione elaborandã
ad nouam cruditat[em] redigere per noui mis=
cellam humoris conturbatam, ut nõ cedat
pristina morbi uis, sed incrementũ nacta
conduplicetur, nobisque unum mali caput
precidere tentantibus illud contingat, ut
quasi in hydra loco unius plura erumpãt
peiora, infestioraq[ue] capita: In his ergo mor=
bis seruandum illud Hueris scitũ preceptũ,
ut festinemus lent[e], nec precipitem mali
depulsion[em] malis auibus tentemus, cuius
tutum discessum non longo temporis in=
teruallo faciendum pro comperto habemus
Respuit q[uod] auersaturq[ue] pharmaca diuinus
Plato; et ad corrigendos, gubernandosq[ue]

morbos diligentiam uictus accersit, ut sin=
guli otio sibi concesso indulgentes eã ui=
uendi teneant rationem, quę naturam so=
lum morborũ ueré curatricem ualeant suble=
uaré, omni studio cauentes, ne difficilẽ in=
festumq. malum, ideóq. blandé tractandũ,
pharmacorũ asperitate instigent. Quod si
uigentibus morbis hęc laudatur curatio, eis=
dem etiam imminentibus, necdum hominẽ
adortis, eadem laudanda insinuat precautio,
ad partem medicinę prophilacticen redigen=
da, quia eadem sunt preseruatoria, et cura=
toria remedia, et quę ualent ad morbos pel=
lendos, ualebunt etiam ad eosdẽ arcendos, imo
faciliori negocio uoti nos compotes efficient

nam si naturam iam afflictam, morbosisq;
fluctibus agitatam erigere, in portumq; sa=
lutis deducere possint quanto magis adhuc
integram, necdum ægritudinum tempestate
perculsam tueri, sospitemq; seruare ualeant?
Victus ergo diligentia ad conseruandã cor=
poris incolumnitatẽ satis esse supq; Platoni
uidetur, quæ Aristoteli etiam postea est uisa
in pª problematum particula asserenti nullã
essẽ meliorem morborũ precauendorũ uiã ciborũ
imminutionẽ, incremento laborũ, quia excre=
mentorũ ubertas certa sit morborũ mater,
excrementorũ a ingens fiat prouentus, uel
quia cibi sint plures, uel quia exercitationes
sint iusto pauciores. In quo Hippocraticã

doctrinam æmulatur celebri illo Epidemior:
dicto explicata, precipuum esse ad sanitatē
tuendam caput impigrū esse ad labores, nec
se cibis replere; non .n. existimandū ē Plato=
nicam, Aristotelicamq; in hoc negotio senten=
tiam à medicor: ēē mente aliena, quià potius
agnoscendū miram ēē in hoc philosophor: et
Medicor: valdēq; conspicuam consensionē. nā
si Hippocratē Medicinę parentē consulamus,
eum quidem agnoscemus non temere ad medica=
mentor: purgantium usum confugere, sed ma=
gnam ōibus adhibendam cautionē proponere,
ut patet in libello dē purgantibus medicamētis,
in quo incertam statuit, valdēq; turbatoriā eor:
uim, ac tutiorem esse ciborum, quibus nec sua

deficit purgandi facultas, opportunũ, sin=
gulisq. accomodatũ delectum, et in febribus
ualidis pharmacorũ inhibet exhibitionẽ, ni=
prius fuerint admodũ remissæ, uel saltem
ni decima quarta dies pertransierit, quæ so=
let acutorũ morborũ definitus esse limes, quip=
pe qui uereatr hac neglecta obseruatione, ne
febrientium carnes incendio æstuantes phar=
maca retrahant, et nulla consequatr purga=
tio, inualescat febris, deiiciatr appetentia, et
mors frequentius obrepat, uel etiam si phar=
maci uis preualuerit, ne ulla anteą meridiẽ
fiat expletio, horis a pomeridianis tanta fiat,
ut iure hyponatcaseos, quã superpurgat.ⁿᵉˢ
appellant, uitam cum morte misellus ager

committet. Hinc tutiorem censet, cum res al-
ui subductionem poposcerit, enematū operā,
quibus adest euacuandi utilitas, abest pertur-
bandi incommoditas, ex quo Hippocratico die-
to suum illud Auicennas accepit mutuò, quo
in p.ª Fen quarti Canonis affirmauit dilectū
sibi magis esse clisterium, quam medicaminū
in curandis febribus usū, cum tñ non ualidorꝫ
tm purgantium, quę sola Hippocrati innotue-
runt, sed leuissimorꝫ et, quæ benedicta uocant,
Arabum duntaxat familiæ innotescentiū, ra-
tionem haberet. Hoc idē legimus in 4.º de uic-
tus rōe expressisse diuinum senem, dum nō
solum in febribus inconstantibus suspectum
sibi pharmacorꝫ usum, sed in constantib.º sus-

pectum etiam, quae clara non habeant coctionis signa, eundemq. respuit ueritus ne a medicamine inducta turbatio urinarum maturitatem impediat, febremq. longiorem efficiat, magisq. contumacem. Cuius curationem in quiete, unctione, equali partium operimento, mulsae aquose potione, cremoris ptisanae sorbitione, clisteris ab initio administratione reponendum libentius censet, tutiorem sane uictus rationem diligenter seruatam, quam medelarum commotionem ratus, quasi illud nobis Damasceni uelit insinuare, et intimis affigere sensibus, felicem esse curandi illam uiam, quae per solam uictus rationem incedit, et propositum scopum attingit. Quod si non magnum in

putridis febribus, et à materiali colluuie pē=
dentibus relictū pharmacis locū uidemus, lō=
ge minorem in diariis, et hecticis, quas im=
materiales uocamus, superessē concludimus.
In quo quis non animaduertet claram Pla=
tonici decreti confirmatiōnē, non pharmacis, sed
dieta aduersus morbos pugnandū statuentis,
et ob solam urgentem necessitatē medicamētorū
aditū purgationi aperientis? sed quæ fuerit
hæc necessitas? cum natura non uideat col=
luctationi cum morbo suffectura, cum appa=
reat morbificæ materię inordinatū quendā
in uarias corporis partes, et uere turgentem
impetū preseferat; cum hæc eadem concocta
quidem, sed diutius in uasis morata certis=

simum novę offensionis metũ incutiat. Nam ut labenti naturę manũ porrigamus, et quadã oneris parte liberatam, ad id quod residuũ est sustinendũ aptiorem efficiamus, ut eam ab imminenti relapsu, repetitoq; casu tutam servemus, ad medicamentorũ tunc opẽ confugiendũ censet Hippocrates. Quã quidẽ opem non solum urgentibus morbis, sed imminentibus etiam aliqñ vel necessariã, vel saltem perutilem iudicat, qñ nempè periodici quidam morbi instant statis anni tẽporib⁹ accedentes, aestivis nempè, vel hiemalibus mẽsibus, quales fuerint melancolia, arthritis, podagra, humorales febres singulis annis negotiũ facessentes, ad quos morbos arcendos

eum nulla sufficiat uictus ratio, petendū re=
manet medicamentorum euacuantiū auxilium
siue per uenā sectam, siue per pharmaciam
tempore uerę obitarum, ut in superius comemo=
rato aph° legimus fuisse decretū, in cuius com=
mentario explanat Gal.s alterutrā bis euacu=
ationem proponi, qui sani quidē adhuc sunt,
imminentibus tñ morbis obnoxij, qui tā prope=
modū pro foribus esse uideant, quorum precau=
tioni ñulla satis sit uiuendi rō accuratior, qā
morbificæ materię morbū facturę uis erumpat
ualidior. Cui quidem euacuandi precepto Hip=
pocratico inhærentem se multos a multis, graui=
busq; morbis gloriatur seruasse incolumes, quos
pretermissis auxilijs, singulo quoque anno

experiebātur morbosas experiri affectiones reduces.
Vera hęc sunt in quibusdam insignē quādā
uiscerum imbecillitatē sustinentibus ut esca
bona et alimonia males succos congerant,
tantumq; excrementorum prouentū excipientib;
ut eum regere, et coercere naluis uires nō ualeāt:
sed pauci sunt hi, nec numerū effatu dignū
constituunt, ut longe sint plures, frequētioresq;
illi, qui salutem suam, si caueant sibi, et
nocentia, iuuantiaq; obseruent, tueri facile pos:
sint. Hos q̊ Hippocrates ad solam normā uo:
cat uitę non desidis, sed laboriosę, comessionis
non ubens, sed mediocris, et his duabus quasi
legibus omne concludit salubris artis mādatū.
Quapropter in libris de uictus rōe conseruādę

sanitatis uiam docturus illud primo premittit
cibos, et labores contrarias inter se uires, mutuo
tn̄ ad ualetudinē conducentes obtinere, quia
labores ea que adsunt exerementa solent con:
sumere, cibi ea que desunt nutrimenta sup:
peditare. mox addit laborꝫ uariam facultatē
ad corporis tum incrementum, tum decremētū
facientium pernoscendam, laborumq; modum
pro ciborꝫ copia, hominis natura, ac ætate, pro
anni temporibus, et uentorum mutationibꝰ, pro
locorꝫ situ, anniq; constitutione moderandum,
sydenim etiam ortus, occasusq; dignoscendos, ut
mutationes, ciborumq; ac potionū redundantias,
uentorumq; ac totius mundi, unde morbi fiunt,
liceat obseruare, tandē subiungit conueniētē

cuiusq; nature et cibi modum, et laborũ numerũ,
ut se inuicem equent, nec alter alterũ excedat,
inueniendum, aptandumq; esse, in quo precipuum sit artis momentũ, quia comuniora illa et inueniri comode et percipi possint, hec autẽ propria siue peculiari singulorũ solum obseruatione innotescere nequeant. Quãtum quo uniuersali quadam methodo licet colligere ipse diligenter persequitur, et ciborũ laborũq; equabiliorem quandam comoderationẽ cuiusq; nature aptam uenatur, cuius diligenti obseruatione sue cuncti ualetudinis tutelam pollicetur.
Cat tamen excipit, nec suorũ facit promissorũ cõpotes, qui uehementius, frequentiusq; in uictu delinquunt, quibus hec satis non facit obseruatio;

sed necessaria accedit Pharmacorum exhibitio.
Quibus non habent opus Pharmacis qui huius-
modi degunt errator(um) imunes, sed ipsos etiam
delinquentes post eorum medicamentum curatio-
nem affirmat habere celeriorem, per victus a-
regimen tutiorem. Quibus plane uerbis, quam
sit pharmacie preponenda dieta, clarissime do-
cuit, nam cum optima curandi ratio tres habere
conditiones debeat, ut xiiij.° Met. ostendit Gal.
celeritatem, iucunditatem, securitatem, hac ultima
conditio reliquis duabus potior est. Quid n. pro-
fuerit uel cito, uel iucunde curare, si tuto non
cures? et quid non profuerit tuto curare licet
non cito nec iucunde cures? tuta namque et se-
cura curatio tres habet proprietates, ut omnino

absolutionē operis consequaris, ut si hanc non obtineas, saltem ægrotantem non lædas, ut vitij labem reducem non videas. Hæc sunt precipue respicienda, uotisq. omnibus expos=cenda à Medico, reliqua si adsint libens ex=cipiat, si absint, non ægrè ferat. Si g° proces=sus per pharmaca celeritatem sibi uendicat, p=dictam a securitatē habeat adiunctā, cuilibet īnotescet maiorem ēē dietæ, quam pharmaciæ rationem habendam. nam quanto tutiorē opem affert dieta, tanto et potiorē. Hinc illud Hippocratis dictū in Epidemiis manauit Me=dicū admonentis, ut diligenter caueat in mor=bis, ut si non prosit, saltē ne quid obsit. In cuius dicti explicatione annotat Galenus

multa medicorum remedia esse interdum ægrotantibus noxia, non salubria, ideoque ea tantum alacriter usurpanda, à quibus certissimus nullum emergere posse incommodum, talia namque omne punctum ferre, quippe qui vel iuvent, vel nullo saltem pacto noceant, ut inter duo remedia, quorum alterum maiorem habeat efficaciam, alterius autem maior sit securitas, secundum sit preponendum primo, nisi gravioris morbi vel presentia, vel imminentia ad grave remedium vel cum discrimine tentandum nos cogat, ut supra diximus, et modo est reperiendum putamus vel ipso etiam Galeno in fine 4. de Methodo medendi locupletissimo teste. Sternit que viam securiorem, magisque tutam ad corri=

gendas affectiones à uictus ratione petitā
Hippocrates, et pro ualetudine uel presente
tuenda, uel absentiꝰ reparanda multas pro:
ponit in uictu obseruandas cautiones, obcū=
das uarietates, quibus intercedentibus malorꝝ
scopulos, quibus uidebamur posse impingere,
deuitemus. Quo factum et est ut tres illos libros
inscriberet de dieta, quia in his totis fere est
in considerandis, ad examenq; redigendis rebus
illis, quas uocant non n̄ales, quarꝝ rationabili
usu fieri posse demonstrat, ut se quisque uel in=
columem seruet, uel à magna ægritudinū labe
liberet. Ad ualetudinem ipse tuendā uel la=
borꝝ copiam cum ciborꝝ moderatione coniunctā
cōmendat, ut superius patuit, uel catalogū

pro ualetudinis tutela faciendũ facit, uolens
in sexto illo Epidemiorũ uerba illa inculcans,
labor, cibus, potus, somnus, uenus, moderata
omnia. Quasi dicat singulis suam tueri sa=
nitaté uolentibus accuratã ẽẽ operã dandã
ut laboret, ut comedat, ut potet, ut dormiat, ut
coeat, sed moderate hęc omnia faciat. quia, ut
ipse ait in aphorismis, nimis uel replere, uel eua=
cuare, uel quomodocunq; alterare est malũ, cũ
omne nimiũ sit naturę inimicũ, quę mediocri=
tas est, quę simmetria est, ideoq; equabili rerũ
gaudet mensura, quam tantopere in omnibus
commendarunt Pytagorici: Unde uetustissimi
Phocillidis prodiit dictũ.

Πάντων μέτρον ἄριστον, ὑπερβασίαι δὲ ἀλεγειναί.

Ac ueluti Aristoteles in libris de partib[us] anima-
lium affirmauit naturam ab infinito abhorre-
re, quia ipsa sit finis, cu[m] sit precipue forma,
cuius propriu[m] est definire, ac terminu[m] reb[us] im-
ponere: ita Hippocrates in loco co[m]memorato di-
xit eandem natura[m] auersari omne[m] excessu[m], quip-
pe qui medietas queda[m] sit, uera[que] simetria ex
quatuor primis qualitatibus conflata. La-
boris ergo, cibi, potionis, somni, Veneris mediocri-
tas satis ualet ad ualetudine[m] tuenda[m], na[m] li-
cet reliqua omnia sint omnibus necessaria,
Venus non omnibus, hec t[ame]n est quibusda[m], tem-
peramento s. calido, et humido preditis, et
etate florentibus utilissima e[st]. Illor[um] ig[itu]r omniu[m]
mediocritas omnia ad uita[m] necessaria uider[tur]

prestare. Nam partim corpori adiiciendū, parti detrahendum uenit, quinimo uniuersa medicorum professio nil aliud spectat, nisi uel adiectionē, uel detractionē. quo nōe Artē Medicam in libro de flatibus definiuit Hippocrates eam asserens superuacaneorum ēē detractionē, deficientiū adiectionē. Detractionē quidē perficit labor, Venus, adiectionē cibus, potus, somnus. Nam illa duo excrementorum moliuntur depulsionem, hec uero tria dilabentē corporis substantiā alimentorum ope resarciunt. Quo autem modulo his uti debeamus, et qua ratione labores, et cibos alternemus, et mō hos, modo illos augeamus, ac minuamus, et quales demū in eorum omniū usu nos prebeamus abunde explicat ipse Hippocrates

in libris illis de uictus r͠oe, in quibus nō solum ad ualetudinis tutelam, sed ad quor͠dā etiā morbor͠ incipientiū curationē, et infrequenter, et leuiter medicamentor͠ meminit, quasi necessarium locum non habentium, et exacto uictus regimini si non celeritati, securitati saltē operandi concedentium. Quare cū euacuatione opus uidet͠, non statim ad medicamentū confugit, sed uel ipsam cibor͠ medicamentosā uim tentandam autumat memor illius, quod in libello de aliment. extat, dicti Medicamentū in alimento optimū. Ac sane quū tribus existentib͠ medicę facultatis partibus, diætetica, quę uictus r͠oem instituit, pharmaceutica, quę medicamentor͠ opem implorat, et Chirurgica, quæ

manufactas administrationes exercet, nullā ab Hippocrate inuenimus uel examinatā exactius, uel pertractatam uberius ipsa diecetica, cui non solum tres illos superius allatos libros addixit, sed quatuor etiam alios de uictus ratione in acutis conscriptos, in quorum proemio ueteres Gnidiarum sententiarum auctores tum in aliis redarguit, tum in eo precipue, quod nihil de dicta effatu dignū scriptis mandauerint, et hoc argumentum oscitanter attigerint, quod in uniuersa arte precipuū habet momentū. nam ut ait ille, sine uictus ratione frustra tentantur presidia omnia, et ipsa sola coeteris non comitata presidiis mirificas habet in uita commoditates, fructusque affert uberrimos.

Hinc Hippocrates in eodem proemio dixit dieteticen, et ægris omnibus ad sanitatē magnū quippiam posse, sanisq; ad securitatē, seseq; exercitantibus ad bonum habitum, atq; ad id quod quilibet uoluerit. Et in libro de arte ueteri affirmauit, nisi fuisset necessaria differens institutio uictus in sanis, et ægris, futurum non fuisse, ut medicina ab initio inuenir︦et, neq; peruestigaret (nihil .n. eā opus fuisset) sed urgentis necessitatis coactos fuisse homines ad Medicinæ peruestigationē, et inuētionem in eo potissimū constitutæ, ut suus cuiq; uictus, siue sanitate frueret︦, siue morbo laboraret, accomodatus addiceret︦. Unde nō solū imminuta ciborū copia in ęgrotantib[us] fuit,

sed uis etiam, et nutriendi facultas præcisa, ut paucióra essent, leuioraq; edulia, et à solidis ad sorbitiones, à sorbitionibus ad potiones rationa=bilis fieret accessus. Ita primū, et præcipuum medicinę à uictu instituendo deduxit officiū, et in parte diætetica maius constituit artis uniuersę momentū. Quo minus mirari debe=mus, si p.^{us} ap.^{is} particulas sólí ferè diætetice dicauit, et in uariis explicandis instituendi uic=tus obseruationib.^{s} operam impendit. namq; cibi, ut de his modo loquamur, non uim solū nutritoriā hent, uerum et alteratoriā, ut ideo non modo uiribus uel conseruandis, uel repa=randis, sed morbosis et affectionibus corrigen=dis uideant idonei. Ac uelut si sanorq; status

non ē immutandus, quia est naturę consenta=
neus, ita ægrotantium conditio non ē eadem re=
tinenda, quia est naturę dissentanea, ueniq̄
immutanda, sed imutationē faciunt, ut est
auctor Hippocrates in libro de locis nō solum
pharmaca, sed etiam edulia, a quibus pͦ pe=
tendum auxilium in morbis præcipue leui=
bus, ad quos compescendos, atq; adeo extinguēd
satis, superq; fecerint, sin minus, succesuris
mox medicamentis locū, et reliquerint comō=
dum, et parauerint opportunū, ut rationabilis
ille processus in remediorū usu seruet, qui ppoi=
tus in libro de locis, seruata semper morbi, et re=
medij proportione, uidet. Ecce clarū habemus
exemplum. legimus in aphorismis cibū pterna=

naturam plus iusto ingestū ēē auctorē morbi, idq;
colligi ex ipsa sanatione, quę fit per inanitionē
morbificę plenitudinis, ut uerissimū theorema
appareat morbos ex repletione factos curari eua=
cuationē, ueluti ex euacuatione factos repletiō=
nēs contrarietate. Morbus q° repletione factus
indicat euacuantia, et per euacuationē uenit
abolendus. sed euacuatio, ut docet Galenus in
commentario, est omniū æqualiter humorū e=
ductio, quę non ē uniusmodi, sed multiformis,
multisq; modis perficitur, alia quidē exquisitis=
sima, quę fit per uenę sectionē, proxima huic, quę
per malleorū scarificationē, et quę per exercitia,
et frictiones et balnea, preterea ex accidenti quę
per inediam, nam priores oēs formę euacuant

per se, et suopte nutu exuberantes humores edu=
cunt, sed quę ad inediam pertinet, accidenta=
ria id vōe obtinet. nam corporis repleti euacuatō
per se fit ab illo perenni effluuio, ab illa indesi=
nenti excretione ad occultos meatus pertinētē
quę ideò ἄδηλος διαπνοή, hoc est imanifesta traspi=
ratio nominatur, uerum si accedat inedia, nul=
laq; fiat noui alimenti accessio locū eius, quod p
traspiratiōnē fuit euacuatū, repletura, tunc sensui
clara inotescit illa excretio, quę prius obscura
delitescebat: sic inedia euacuat per accidens qua=
tenus manifestam facit euacuationē prius de=
litescentem, et loco euacuatę subę. nulla deniq;
reponit. Quis ḡ non uidet quod ad curandum
morbum repletionis sobolem non aliud prestan=

dum remedium, quam euacuatoriū, uerū nō
statim ad phlebotomiā ueniendū, neq; ad cru=
rum scarificationē, neq; ad balnea, neq; ad fric=
tiones, sed ad ea potius, quę sunt frequentiora,
et usitatiora, exercitationē scilicet, et inediam.
Quarum pª. p se, per accidens uerò secunda effe=
ctu dignam euacuationē suppeditat. Ac ut exer=
citationē inferius considerandam nunc silen=
tio obuoluam, dixerim non minus uerè, quam
opportunè uix posse morbos comprehendi, quos
quantoq; leuat aptè adhibita inedia usus.
Quos quidem perbellè recenset, politissimus auc=
tor Medicę facultatis nouū cum ueteribus
comparandum ornamentū Fernelius, qui in
suo de morbor; causis libro post multa allata

inediæ encomia hæc scribit notu dignissima uer=
ba. Inediæ ope aliqui morbi periculosi, et ancipitis
felicem, eumq; admirabilem exitum inuenerunt,
ad quem ars nulla dirigebat, idq; multò notius,
ac leuius, quam dum corpus medicamentorum
aliena qualitate lacessitur. Quæ dum scribit
Fernelius ad superius commemoratum Hipp.is
locum alludit curationē medicamentis quidem
citius, uictus a regimine tutius absolui affir=
mantis. Veretur et ipse, magniq; facit agita=
tionem à medicamentis in corpore factam, uimq;
indè illatam. nam preter ea, quæ à Galeno dicuntur
in p.o de simplicium facultatibus, preclare in p.o
problematum particula ostendit Aristoteles
medicamentum omne hac nomenclatura indi=

gniendum uim obtinere corporis perturbatoriã, quippe quod ab innato calore ipsius uinci non possit, sed eundem uincat, et succumbenti naturę uim afferat, ut mirandũ non sit si acerbitas, acor, malusque odor medicamentis comes accedat, quia cum medicamenta sint alimẽtis contraria, et hęc naturę sint grata, ut molesta illa, planeq; insuauia contingant, rationi est consentaneũ. Hac igitur insuauitas, hęc molestia, hęc naturalis oeconomię perturbatio, quo fieri potest, deuitanda, et quod uictus ratione consequi possumus, id pharmacorũ agitatione moliri non debeamus. quia uictus ẽt ratio remediũ ẽ, sed placidissimũ, sępe tñ ad ferendã opem aptissimũ, et in communiorib. morbis rec=

ta methodus exigit ut à levioribus presidiis de-
sumat exordium, à quibus interdum in gravio-
ribus etiam inchoat Hippocrates, qui vel ipsa ta-
teste dolorem lateris in pleuritide sive stati, sive
postea obortum tentat prius in secundo de victus ra-
tione in acutis calidorum ope fomentorum dissolvere, et
si res non succedat ex voto, transit mox vel ad
venæ sectionē, si dolor claviculā infestet, vel ad
pharmaci potionem, si ad hypocondria tendat.
Quo in loco illud nullo pacto omiserim dicere,
quod in comentario Galenus utroque in casu sive
claviculæ affectæ, sive hypocondrii dolentis phle-
botomiā pharmaciæ preponit, longeque alacrius ad
sanguinē detrahendum, quam ad pharmacū pro-
pinandū accedit vel eo consilio permotus, quod

licet in affectis hypocandriis minus auxilium
ex uenę sectione, quam ex purgatione consequat,
securius tñ multo existit, nullo ex uene sectione
periculo imminente, magno uero ex purgatione
precipue si laborantis natura fuerit ignota.
quod alij difficulter natura purgant, alij modi-
co assumpto medicamento purgantur copiose,
ut metuas sit ne uel plus iusto uacues, uel nullo
pacto aluū subducas, uel si subduxeris nō tñ
quo oportet euacues. Vis igr medicamentorū
adeo uidet pertimescenda, ut uel in ipsis mor-
bis non sit ipsis nimium indulgendū, quāto
denique magis in sanitate tuenda ab eisdem
cauendū. Hanc Hippocratica uiam non
ualde intelligens, Galenus procul dubio

retinuit mordicus, qui conservandæ et sanita=
tis officium non ad Medicū proprie attinere,
sed ad alium artificem censuit, quē ὑγιεινόν à
Græcis vocatum affirmat, qui licet aut Gymnas=
tes, aut Medicus vocari possit, p.ᵒ tñ appellat.ⁿᵉ
max.ᵉ propriam habet, reliquas per abusum su=
cepit, quia cum artifex quisq. ab arte tractata
deflexum sortiatur nomen, qui ὑγιεινόν, hoc ē
sanitatem tuendam profitetur, merito ὑγιεινός
appellat., ve[l]uti qui γυμναστικῆς, i. exercitationi
tantum præest, γυμνασταί, et qui morbis medetur
medicus nuncupatur. Vna ē ars (inquit Gal.ᵘˢ
in 2.ᵒ de sanit. tuenda) quæ corpori tuendo præ
sideat, sed unicum non habet sibi propriū no=
men inditum. Et est hæc unitas artis ana=

logica potius quam univoca, cuius univocatis scie-
tifice naturam perbellè explicat 4° Metaphysi-
cor. Aristoteles asserens ut entis quatenus ens,
ità salubris quatenus salubre unam esse sciam
per relationem ad unum dictam, quia veluti
quædam quoniam subæ entia dicunt, quedā
quoniam passiones subæ, quedam, quoniā viæ
ad subam, vel corruptiones, ità quedā ut cons-
tructiua sanitatis salubria dicunt, quedā ut
factiua, quedam ut significatiua, quedā ut re-
ceptiua. Omnium q salubrium una est ars ad
unum dicta, habita scilicet sanitatis ratione,
cui præsidet, sed hæc non unam hēt nomencla-
turam propriam, at unam hēt abusiuā, pro-
priam multiplicem, ut in libro ad Trasibulū

singularissime explicauit Galenus. Qui cum unam constituat artem corpori hominis tuendo dicatam eiusque primas, ac maximas partes faciat duas, alteram sanitatis tuendae, alteram morbi profligandi facultatem appellat, et ueluti sane medicinam, ita illam salubrem uocat, a qua medicamentorum summouet operam, uel perexiguam eorum partem eidem relinquit, ut patet ex illorum de sanitate tuenda libro, ubi cum de uariis motuum generibus uerba faceret, quorum quidem motuum alij hominibus ex se ipsis insunt, alij aduentitij, alij medicamentis proritantur iuxta allatam superius ex Platonis Timeo diuisione, reliquos nimirum motus ualde ad sanitatis tutelam conferre decernit, sed a medicamen-

tis profectum non esse salubris artis proprium, uerum extra illius cancellos constitutu, quod uel nunquam medicamina adhibet suis generis praesidiis contenta ad cibor, exercitationumq; commoderationem pertinentibus, uel si aliqua leuiuscula interdum adhibet, ea no ex proprio quasi penu deducit, sed ex diuersa medicor officina hanc qualemcunque suppellectilem si non sibi necessariam, interdu tn utilem mutuo accipit. magno namq; cognationis uinculo sunt inter se artes deuinctae, mutuasq; sibi operas praestant, et in unu saepe coeunt, et conspirant amice. quia ut nec coelum eadem semper fruitur serenitate, nec mare eade tranquillitate, ita nec humanu corpus eade oi tem=

pore potest sanitas; sed utique ex his quotidianis
sanitas obnubescit, quotiescumque tranquillitas
fluctuat morbosae affectionis insultu. Quare
in arte parua Galenus alias quidem facit salu=
bres causas eius male affectionis, que iam facta
est, alias illius, que adhuc fit, alias vero que
futura est. Huius autem postreme has quidem
in preseruatiua artis parte collocat, has vero in
salubres. Primas vero omnes non eodem
modo, sed mediam partem in preseruatiua, par=
tim in curatiua, nam ut idem Gal. docet in com=
mentariis secundi Aphorismorum, ubi causa non
adest morbi effectrix, sola curatio factorum re=
linquit, ubi adest quidem, sed nondum aliquid
facit, preseruatio sola vocatur huiusmodi cause

demolitio, ubi uero tum aliquid agit mixtum
iam est opus ex preseruatione, et curatione al-
terutro tamen nomine, ut magis libuerit, nu-
cupandum. Incidit q° aliquando tempus, ut
non simplex preseruatio, nec curatio simplex,
sed mixta ex utroq; actu operatio locu habeat,
ideoq; tunc salubris facultas alicuius pharma-
ci multitudinem molesta educturi adhibeat ope.
Que quidem opportuna est et commoda, his pre-
sertim hominibus, quor animus delicatior ab
exacta uictus ratione abhorret, uel quor etia
conditio nutui addicta alieno eande no ad-
mittit, alioquin minus necessaria necessaria
uiuendi diligentiam seruare uolentibus, op-
portunoq; partim exercitationu, partim cibor

modulo pullulantia morbosi affectus semina extinguentibus. Hinc Plato in 3.° de Rep.° conqueritur non solum ob uictus intemperantiam noua morborũ genera obrepisse uetustiorib. ignota, sed nouam etiam curandorũ corporũ rationẽ emersisse Heroicis temporibus non usitatã, nec à Podalirio, et Machaone Æsculapij filiis ad bellum Troianum profectis seruatam, et ab Herodico Selymbrio grauioribus morbis affecto prius inuectam, quem ĩn scimus non tam medelis, quam accuratis motionibus, parcisq. comestionib. languidiusculam, ac propemodum recensem sui ualetudinem ad extremũ usq. seniũ pduxisse. Contemnit eo loci Plato, quasi dictorũ in Timeo memor, ualdéq. arguit omnem in phar=

macorum cultu positam operam, longeque magis commendat exantlandorum laborum, usurpandorumque exercitationum cum parca ciborum manu susceptam curam, et praecipue in componendis animae affectionibus, moderandisque moribus adhibitam industriam, quia sibi videatur non bene affectum corpus virtute sua bonum animum facere; sed contra bene affectus animus virtute sua corpus quoad fieri potest optimum reddere. Cuius quidem rei veritatem pulcherrimis rationibus declarat in Charmide Socrates. Eandem nobis doctrinam tradit Galenus in p.° de sanit. tuen. ubi multos se laborantes pristinae sanitati restituisse gloriatur solis animi moribus compositis, et ad bonam frugem redactis, idemque prestitisse

Æsculapium affirmat, qui multas scribi cantilenas, mimosq; ridicular. rer. fieri, et melodias quasdam instituit his, quibus uehementiores animi motus æquabilem labefactabant corporis statũ. ut morum directio sit egritudinum quedam correctio, et animi conformatio commune sit philosophi et medici opus, proprio tñ cuiusq; fine distinctũ, qui finis in philosopho est ipsa animi sanitas, in medico bona corporis constitutio, quam mali mores, perturbatæq; affectiones abigunt, et pessundant. Per solam q° laudabilem animi conformationem fieri posse Galenus autumat, ut incolumitas seruetur corporis presens, reparetur absens, quam q° conformarũ si homines amplecterentur alacrius, sani=

tate procul dubio fruerent facilius, sed quia ne=
gligunt imprudentes, uix medicamentorum ope
euadunt uati compotes, quibus medicamentis
non opus haberent, si ad bonam animi normã
corporis constitutionem dirigerent. Quam pre=
claram animi normam tanti fecit Galenus Pla=
tonicae doctrinae uerissimus aemulus, ut multa
ad eam attinentia exarauerit scripta, ex quibus
duos nobis perlepidos commentarios fecit iniuria
temporum reliquos, quorum alter cuiusque peccatorũ no=
titiam, atque medelam persequit, alter uero co=
gnoscendorum, curandorumque animi morborũ metho=
dum uenatur. Nam quia sanitatis priuilegiũ
obtenturus debet naturalem calorẽ intra n̄ales
quasi cancellos custodire, hec autẽ custodia mo=

dicis tum corporis, tum animi exercitijs perficit, ideo non corporei solum motus promendi, sed animatiue etiam operationes obeundę suis singulę facultatibus respondentes, appetitoriæ facultatibus appetentibus, rationales intellectui, omnes tñ suo moderamine temperatę, ut iubet ex Platonis Timęus, qui ueram hominis salutē, et conseruationē in eo positam decernit, ut nec animam sine corporē, nec corpus sine anima moueat, ut in mutua contentione exequatis inuicem uiribus insurgentia bonā totius ualetudinē tueant. Et quia ut corpus sic anima etiam suos habet motus proprios, et sunt animæ tres partes insignes, ratio, uis irrascibilis, et uis concupiscibilis, conuenit singulis partib'

moderatus conuenienti tenore, accomodatusq; motus. Sic igit Galenus Platonica secratus uestigia à mediis corporis, animieq; motionibus integram incolumitatē deducit, et in conformandis præcipue moribus precipuū sanitatis uel conseruandę uel recuperandæ momentū locat. Quare in aureo libello de paruę pilę ludo tantū here uitium in humana natura affectiones animæ affirmat, ut multi præ sola lætitia morbos euaserint, multi et præ mærore ægrotauerint, nec ulla sit tam uehemens corporis passio, quæ affectiones animæ uincat. In Quæsito et comentariis sexti Epidemiorum explicans Hippocraticā sntiam, quæ asserit iracundiam uerrabere cor et pulmonē ad se ipsa

atq; ad caput, letitiam uero cor relinquere, ait
iracundiam non parum ualere ad morbos tum
inducendos tum sanandos, quod calidior iusto temperies uel ex affectu, uel ex natura, magnopere ab iracundia offendatur, frigidior ualde iuuet. Sic magnam habet ad sanitatis habitum animae motio uim, nec paruam habet ipsius etiam corporis exercitatio apud eundem Galenum, qui in primo de sanitate tuenda, de obstructione meatuum ab excrementis facta uel crassis, uel multis, uel lentis, loquens, tenuatoriam uictus rationem huic negotio aptam decernit, praeterea medicamenta calfactoria, ac dessicantia uel intro deuorata, uel foris admota, sed ante haec omnia exercitationem

quod hoc tum soluere excrementa possit, cui per sudoris meatus eiicere, tantoque et cibis, et medicamentis tenuantibus praestet, quanto satius est nullo corporis incomodo superuacanea detrudi, quam pariter et carne liquanda, et solidis extenuandis, quae solent incommoda calidorum extenuantiumque medicaminum esse pedisequa.
Praeponit exercitationem medicamentis, quia illius iuuamentum nocumenti est expers horum uero compos, quia nullum est medicamen ita proficuum, quin aliqua saltem ex parte et obsit.
Exercitationis fructus oes plane explicant in 2° de sanitate tuenda, ubi tria ab ea tamque a motu uehementiori perfici dicunt in corpore exercitando, membrorum nempe durities ex

mutuo ipsoꝝ attritu, genuini caloris augumē=
tum, et spiritus intensior commotio. Ex mem=
broꝝ a duritia illud percipitur commodi, ut mi=
nus ex laboribus afficiant corpora, et sint ad la=
bores sustinendos habiliora. Ex caloris à incre=
mento tum deducendoꝝ in corpus ualida fit at=
tractio, tum expeditior immutatio, tum felicior
nutritio, tum singularꝝ partium qualiscunq; per=
fusio, unde mollescunt solida, tenuant humida,
exiguoꝝ meatuum laxantur foramina. At exci=
tatiore spiritus motu, ex hoꝝ meatuū omnium
manat expiatio, et genitoꝝ excrementoꝝ de=
pulsio. Quoꝝ commodoꝝ quia non magnitu=
dinem uidet: ut iure dixerit Galenus medicis
aīe corporisq; motibus firmitatem caloris innati,

roborq; integrum conseruari. Quibus quidē motionibus si parca ciborū, potionumq; mensura accedat iuxta dictum Phocilidis μετρω μεν φαγέειν, καὶ πιεῖν, mirificum accedit ualetudini tuende, profligandisq; morbis adiumentum. nam defluens corporis substantia sat reparat, nec magnus excrementorū prouentus cumulatur, cumulatusq; exercitationum beneficio facile expellitur. Nec solum moderata ciborū quantitate nostram incolumitatē tuemur, sed accomodata eorundem qualitate nostri etiā temperaturis uel conseruandis, uel corrigen̄ operam damus, quatenus scilicet ad probam constitutionē uel magis accedunt, uel ab eadem magis recedunt. Quod quidē cibis

potius, quam medicamentis præstandū in lib.º
de dieta erat auctor Hippocrates, at tanto con=
uenientior est hæc ratio, quanto ē et frequentior
et tutior. medicamentorū nanq; rarus conceditur
usus, isq; ob allatam naturæ uim minus tu=
tus. Cibos usurpamus continue, indeq; inuectas
qualitates excipimus placide ob eorū familiari=
tatem cum natura intercedentem, et licet non
magnā repente immutationem inducant, ma=
gnam tā labentē tempore operam præstant;
nam ueluti gutta subiectam petram percutien=
ti nulla à primordio apparet, temporis à preme
panio in lapide conspicitū manifesta. Unde
uersus à simplicio adductus.

Gutta cauat lapidē assidue qui decidit imbris.

ita cibis in nostra corpora agentibus nullas ab
initio propemodum erumpit effectus, sed per
diuturniorem ipsorum, nec unquam interpollatam actio=
nem clarissimus immutationis conspicitur euentus.
facit .n. uis illa reactionis, quam in omnibus cor=
poribus physicis materiae communionem haben=
tibus collocandam pluribus in locis affirmat
Aristoteles, ut alimentum non solum patiatur à
corpore in cuius substantiam facenit, sed in
illud etiam qualemcunque actionem depromat;
ut legimus in p.º de ortu, quasi cuiusdam talionis
rependendi priuilegium possideat. Quamobrem
Hippocrates in libello de alimento affirmauit
destruere in tempore, et post tempus id quod
extrinsecus assiduè superingestum est, et per mul=

tum tempus similiter omnibus membris im=
plicatũ est, et propriã quidem formã produ=
cere priorem autem aliqñ, et priores destruere.
Ex quibus Hippocraticis uerbis, et alimenti in
corpus actio, et ad hanc actionem necessaria
temporis progressio innotescit. Quam rẽ de=
dita nimirum opera pluribus explicat uerbis
Galenus in 3° de symptomatum causis, ubi ali=
mentum licet nomen uicti non uincentis
deferat, habere tñ facultatem immutandi et
corporis probat licet (inquit ibi Galenus)
aliti munus sit alimentũ sibi reddere simile
alimenti uero pati ut immutet, alitoq; si=
mile efficiat, non dixeris tñ id quod afficit
agenti uel minimã quãdã talionẽ non posse

referre. Quam quidem ration[e] quomodo corpori referat alimonia suas illi qualitates clarè imperitia explicat cumulat; ut iure suo in commentariis secundi libri Aph. scribere potuerit, à cibis, et potibus naturam aduentitiam effici .... quidem in uentriculo, cum Hoc-a. et in reliquis partibus, quià et si maxime cibi uincant, ac trasmutent à corpore ipsum tamen quodammodo pro sui natura disponunt, ut processu temporis multa fiat permutatio, ac similitudo nutritorum ad nutrientia, ut in libro de consuetudine uberrimè est explicatum.

In recto igitur alimentorum usu magnum constituit Galenus sanitatis partim seruandæ, partim reparandæ momentum, quià sine non sola

nutritio, sed congrua etiam corporibus accedat alteratio, presertim opportuna huic ciborum usui adiuncta exercitatione, ut uerum sit illud quod sepe Plato commemorat ab Hippocratis uerbis mutuatum; duo s. presidia ad corporis incolumitatem satis esse supereque, alimentum, et exercitamentum, quorum primum ad reparandam deficientem substantiam, et qualitatem uel conseruandam ualet, uel emendandam, alterum ad necessariam excrementorum multifariam, multisque in locis genitorum colluuiem conducit profligandam. Cui quidem implendo muneri non libenter accersit sapiens hic auctor medicamentorum opem, sed auersatur potius, ac respuit ut nature parum amicam, ualdeque one=

rosam, unde in commentario xv. Aphorismi tertiæ particulæ, in quo Ap.° siccitates in constitutionibus anni salubriores imbribus nuncupant, et minus mortiferæ, multum detrahit frequenti pharmacorum usui. hæc scribens. Non sine ratione siccitates imbribus anteponit, nam in siccitatibus superfluæ humiditates digeruntur, per imbres autem intra corpus collectæ putrefiunt, nisi quis singulis diebus collectas exercitijs expurget. quæ n. fit per balneas euacuatio parua ē, et solam fere cutim euacuat. Quæ autem sunt per carnem, et partes profundas, ac solidiores dispersæ superfluitates, haud sufficienter ex balneis euacuant. imò ne ea quidem, quæ fit per purga=

tia pharmaca superfluitatum euacuatio ido=
nea est. nam valde indigentibus, et longo tē=
pore utilis est. Cæterum uero quæ quotidie generanē
in corpore superfluitatum euacuatio minorē,
quàm pro medicamenti purgantis efficacia.
si uero quispiam uoluerit bis mense, aut semel
omnino, saltem ea uti uetitus ne superfluita=
tum multitudo aggregē, præter id quod noce=
bit corpora etiam in malam trahet consuetu=
dinem. Alimenti siquidem pars una ueluti
serosa est et humida, quæ ipsi gratia distribu=
tionis admiscet, altera uero est ueluti fuligi=
nosa superfluitas, quæ in plurimis cibis deter=
rioribus continet, et naturæ operatiōni subter=
fugit, ut nec assimilari corpori quod nutrit

nec agglutinari queat. Hae igit omnes dieb.
singulis sunt euacuandae, uerum magis in sic=
cis constitutionibus euacuant, quam in Hu=
midis, atq ideo Hos dixit salubriores. His qui=
dem uerbis Galenus suam patefacit sententia
de medicamentorum usu, quem in illis solum
autumat admittendum, qui ob urgentes af=
fectus ualde sunt indigi, et quadam quasi
necessitate ad id genus praesidiorum tentan=
dum compulsi et iis etiam longo interiecto
temporis curriculo statuit conuenire, reli=
quis omnibus respuendum, diffugiendumq
censet, quia noxam possit afferre exagitan=
dis, conturbandisq humoribus et deducen=
dis ad imbecillitatem quandam uisceribus

quia corpora in malam trahat consuetudinē in eo locatam, ut natura suorum muneris obliuiscatur, et per superfluitatum excretione eandem semper expectet à medelis factā irritationem non sine caloris innati dispendio moliendam. longè præponit, maioribusque laudibus effert quotidianarum curam exercitationum, quæ non ad sufficientem solum, sed ad tutissimam et superfluitatū excretionem omne ferunt punctum. quippe quæ tantum ualent ad superuacanea explodenda, quantū cibi conducunt ad necessaria apponenda. Nec superfluitates solum in ambitu corporis collectæ exercitationum ui dissipantur, sed in internis etiā cauitatibus contentæ detruduntur, cū exerci=

tamenta, ut suprà obseruauimus, et ad urinas ciendas, et ad alui feces, et qualescunq; excrementitios succos eximendos plurimũ habent momenti. Sit q. secundum Galenum animus bene dispositus, et à prauis affectionibus remotus, sit corpus bono ciborum delectu altum, modicis exercitationibus agitatum, hec ad tuendam, reparandamq; ualetudinẽ, ni magna ingruat maior. præsidior. necessitas, fuerint satis, superq; nec ullus erit medicamentis locus, ullus opportunus eor. usus, q. imò de ipsis locum habebit celebris illa Græca parremia, ου φροντις ὑποκλειδι. Hæc ē Græcor. Medicinæ parentum uera integreq; relata de medicaminum usu sententia.

Quam Princeps etiam latinorum medicorum auctor Cornelius Celsus accurate tuetur, et mordicus retinet. Qui in primo suae Medicinae libro haec exarauit memorabilia uerba. Purgationes ut interdum necessariae sunt, sic ubi frequentes sunt periculum afferunt. Assuescit enim non ali corpus, et ob hoc infirmum erit, cum omnibus morbis obnoxia maxime infirmitas sit. Suspectas habet Celsus purgationes frequentiores, quas tamen aliquando concedit necessarias tunc .s. cum natura humorum sarcina grauata non est ferendo, et arte factam exinerationem, et qualemcunque diminutionem expostit ut habilior sit residuo oneri explodendo. Concedit quidem alacriter blandas alui

adstrictioris deiectiones, quas tn̄ accomoda-
to ciboꝝ, uinorumq; usu autumat moliendas,
quibus non proficientibus non uetat quin
ad aloen fiat accessus, et hunc forsane clis-
teri potius indendum, quàm ore statuit de-
uorandum. Verùm purgationes motum cor-
poribus, agitationemq; perturbantē patien-
tes in solo admittit necessitatis casu; qui et
infrequentior, earundēm aliis adsibitus tē-
poribus usus ei uidetur periculosior; cuius
quidem rei hanc affert causam, quia assu-
ēscit non ali corpus, infirmitatemq; contra-
hit, ut inde omnibus morbis eeadat obno-
xium. Quomodo àssuescit non ali corpus?
quatenus .s. assueuit pharmacoꝝ comotioni

innatum calorem uincentium, et naturæ uires superantium. Vndè fit ut calor iste uincat, non uincat, quia proprium medicamenti est uincere, alimenti uinci à corpore, ut docuit Galenus in 3º de simp. med. facult. et Aristoteles in 1ª particula problematũ. Quia g. medicamenta uincunt caliditatẽ innatam ideò hæc assueuit uinci, et quasi obliuiscitur sui muneris, et dediscit uincere, nõ potest igitur alere, quia alimentum non benè pot. immutare, quo non immutato omnis frustratur, facitq; nutritio. Quã deficiente qualẽ potest uirium robur seruari, uel potius qualis non potest earundem imbecillitas obrepere? uigent.n. uires uigentibus spiritib⁹,

spiritus ex bona sanguinis constitutione bonã
habent originẽ, sanguis bonus bonã supponit
nutritionis supellectilẽ. Qui sanguinẽ ipse
non habet floridum, spiritus habet languescẽtes,
qui spiritus talis infirmus ē viribus; qui est
imbecillis omnibus morborum insultibus est ob-
noxius, quippe qui parum sit à morbificis siue
internis, siue externis causis tutus. Hunc igitur
metit fructum, qui frequentiorẽ medicami-
num facit sementem. Quod si in ipsis ægris
superuacaneas censet Celsus medelas, quãto
magis iudicat in bene ualentibus parũ ne-
cessarias? Sanum hominẽ, et bene ualentem,
et suæ spontis quomodo tractet notũ ē om-
nibus, qui uel primoribus libris primũ eius

librum degustavimus. Hunc facit solutũ legib:
omnibus, non Medico, non iatroalipta egens,
varium vitæ genus exerceat, ut modo ruri sit,
modo in urbe, sæpiusq; in agro; naviget, venetur,
quiescat interdum, sed frequentius se exerceat,
interdum balneo, interdum aquis frigidis utatur,
modo unctus, modo unctionis contemptor;
nullum cibi popularis genus fugiat, interdũ
sit in convivio, interdum inde se retrahat; mo=
do plus iusto, modo non amplius assumat; bis
die potius, quam semel cibum capiat, est semper
quamplurimum, dumodo concoquat, et veluti
huius generis exercitationes, ciboq; ut necessa=
rios amet, sic athleticos ut supervacuos re=
spuat, concubitum nec nimis concupiscat,

nec nimis pertimescat: Hæc firmis seruanda
proponit, cauendumq; monet ne in secunda
ualetudine aduersæ præsidia consumantur.
Quibus quidem uerbis medelarum insinuarunt
ægrotantibus interdum utilem, bene ualentib'
semper noxium, ac eo minus opportunũ, quo
minus conuenit sanitatis tempore consumere
præsidia ægritudinis, quæ sanum corpus pertur=
bant, ægrum non subleuant, quia natura his
acquiescit dum ualet, negligit dum ægrescit.
Quod ne contingat morbis curandis sua sunt
reseruanda præsidia, nec ad tuendã uale=
tudinem frustra usurpanda, quã rẽ Plu=
tarchus et in suo aureo salubri opusculo ani=
maduertit. Quinimo apud uulgares hæc

inualuit opinio non debere in leuiasculis mor:
bis grauiora adhiberi remedia, sed grauiorib.
solis applicanda, quibus uel nullam uel pere:
xiguam afferrent opem, si prius fuissent ad:
hibita ad eximendam exiguam labem. Dices
propositam uitae formam à Celso adhiberi in
sanis, beneq; ualentibus hominibus, non in
debilioribus, et ad morbor. insultus propensis,
quibus aliam proponat uiuendi rationem.
Sed responsio est in promptu nec his ipsis aliam
proponi diaetam, quamque ad cibor. delectum,
uariumq; exercitationum usum pertineat, ut
omnis machina, omnis moueatur lapis antequam
ad pharmaca propinanda fiat accessus. Quae
quidem pharmaca quibusdam duntaxat morbis

reseruantur aliter non finituris, quã per me=
delaȝ usum, quem interdum, urgente s. neces=
sitate uel utilem censet, uel necessariũ, eadẽ
tñ non urgent⁹, undequaq; autumat superua=
caneũ. Quamobrem in proemio quinti libri uer=
ba faciens Celsus de pharmaceutica Medicinę
parte huic multum antiquos auctores auctor
est tribuisse, et Erasistratum, et nominatos Em=
piricos, precipue tñ Herophilum, deductosq;
ab illo uiros; adeo ut nullum morbi genus sine
hi curarent. Sed haȝ usum ex magna parte
Asclepiadem non sine causa affirmat sustu=
lisse, et cum omnia ferè medicamenta stoma=
chum ledant, maliq; succi sint, ad ipsius uic=
tus rationem potius oẽm curã suã trãstulisse.

laudat in hoc Asclepiadis sententiam Celsus, qui à medicamentis ad dietam transtulit rationem medendi, tanto melius dietę innixam, quanto peius predicamina et ventriculum tractant, et in succi genere se habent, quippeque stomachum lędant ut ingrata, et vim inferentia succum malum habeant, ut naturę nostrę contraria. Videbatur innuere Asclepiades certam esse à medicamentis iacturam, utilitatem incertam, ideoque ad Anticyram amandandos esse illos, qui eorum usu delectant, parum memores Hippocratici dicti in Epidemijs, uidendum esse in morbis, ut si non prosis, saltem ne quid obsis. Quod quidem documentum non leuiusculum est aut insulsum, ut quibusdam uideri posuit, sed gra=

uissimum potius, et prudentia refertũ, quia
sæpe contingit medicis auidius operandi mu=
nere delectatis, et ab uno medelarũ genere ad
aliud facile transeuntibus, ut quos adiuuan=
dos susceperunt ægrotos modo grauiter læsos,
modo funditus perditos relinquant, ut in cõ=
mentarijs præclare animaduertit Galenus.
Huius quidem euentus uel ea potissimũ fue=
rit etiam causa, quod fallax est, minimũq;
tuta medicaminum opera non eandẽ in om=
nibus uim explicantium, ut in libro de locis
in homine est auctor Hippocrates, cum quæ
multis proficua, non paucis appareant noxia,
et quæ ad iuuandum fuerunt inuenta, existãt
interdum infesta, et ut ait in 2.° lib.° Celsus

que medendi causa reperta sunt, nonnunquã
in peius aliquid conuertant: ut aliqñ locum
habeat celebris illa à Galeno sæpiusculè usur=
=para parœmia, τό μὲν νόσημα ἐθεραπεύθη, ἄν=
θρωπος δὲ ἀπέθανεν. Hoc, ut ait Celsus eui=
tare humana imbecillitas non potuit in tan=
ta corporum uarietate, quibus labem nõ infre=
=quentem inferri haud ulla fuerit admiratio
à medicaminum usu prauum uectũ habentiũ,
peculiarem cum natura inimicitiam gerẽ=
tium, et tunc duntaxat iuuamen afferẽtiũ,
cum ad corpora accedunt uegetiori calore
prædita, et ad omnem sustinendũ impetum,
ad oẽm ferendam concussionem firme pa=
rata. Quibus ẽt longè magis consentanea

forent exercitamenta, et alimenta, quam medi=
camina iuxta Hippocratis consilium in Epide=
mior. commentario asserentis laborem articulis,
et carnibus, cibum et somnum uisceribus usu,
et iuuamentum præbere, et ueluti labor non ad=
mittit medicamentum, quia ille idem præs=
tat quod hoc, et multo melius, ita cibus uim
medicamentosam respuit iuxta illud Hippo=
craticum in libello de alimento. In alimento
medicamentum malum, quia cibus uult con=
uerti, medicamentum conuertere, ille uinci,
hoc uincere, ille uim a natura pati, hoc ui
naturæ inferre, ille calidum innatum fouere,
hoc perturbare. Datur tamen aliquis locus phar=
maciæ in alimento, ideoque mire tanc extollit

copulam Hippocrates, et hic locus praecipue dari
uidet in his aegrotantibus, qui aliqua alui opus
habent deiectionē non tam per medicamēta,
quam per cibos medicamentosos procuranda,
quod quidem febricitantibus congruere auc=
tor est Celsus, apud in cap. duodecimo primi
libri hęc legimus uerba. Nunquam in ad=
uersa ualetudine medicamentū deiectionis
causa datur nisi ubi is morbus sine febre
est, ut cum ueratrū nigrū, aut atra bile uexatis
aut cum tristitia insanientibus, aut his quorū
nerui parte aliqua resoluti sunt, dat. At
ubi febres sunt, satius est eius rei causa cibos,
potionesq; assumere, qui simul, et alant, et uē=
trem molliant. Pertimescit auctor cautissimus

uim medicamentorum calidiorem, et acriorem, unde febrilis calor suscipit incrementum, cuius etiam ratione motus factum est uel ipso Galeno teste, ut Hippocrates in 4° acutorum libro bilem in febre ardente purgaturus dimissis purgantibus medelis ob sui calorem, et acrimoniam suspectis ad lac asininum, omni acrimonia, caloreque destitutum confugerit. Ac tantum quidem ab acribus, calidisque medicamentis abhorret Celsus, ut sciendum proposuerit omne eiusmodi medicamentum, quod potui dat, non semper aegris prodesse, semper sanis nocere, ut legimus in xiij capite eiusdem libri. Quod quidem dictum Hippocraticae doctrinae est consentaneum in aphor. ij

anerenti sano corpore preditos purgatorias
medelas male perferre, et ab eaꝝ usu in ani=
mi defectum facili negotio incidere, et con=
uulsorias affectiones interdum subire. Procul
q° à sanis facessant medicamenta, que ins=
tar fluctuum tranquillitatē humoꝝ con=
turbandam, euertendamq; suscipiunt, sed
eoꝝdem infrequens sit etiam usus in ægris,
qui hinc suoꝝ maloꝝ incrementū potius,
quàm leuamentum accipiunt. Nam im=
mensus est morboꝝ numerus nullā à medi=
camentis opem expectantium, omnem à
diligentia uictus correctionis suscipientiū.
Quod quidem non Græci solum, atq; latini
medicinæ proceres habuerunt ratum, reli=

querintq; decretum, sed Arabes etiam auc=
tores miro ducti consensu statuerunt, quorum
Princeps Auicennas in 3.a ut uocant Fen
talem instituit ualetudinis tuende rationem,
ut ad exercitamenta, et alimenta opportu=
nè, sciteq; adhibita uniuersam ferè negotij
summam referat, nulla propemodù facta men=
tione, et in 4.a Fen de uarijs medendi ra=
tionibus, siue multiplicibus curandarum aegri=
tudinum instrumentis sermone instituto, ter=
narium quidem eorum decernit iuxta antiquam
Graecorum diuisionem, et ipse numerum, ut uel
dieta, uel pharmacia, uel chirurgia, omnis
instituatur curatio, illud tamen affirmat plu=
res morbos longiusculos uel solo attenuato

uictu curari, ac dum natura morbi delites=
cit, non laudat properantem ad medicamī=
na medicum, sed negotium naturæ relin=
quentem, quæ uel sua ui morbum sit solu=
tura, uel temporis processu eiusdē ideā de=
claratura. Et in omnibus ægritudinibus
plurimum habere momenti fatetur quic=
quid animales, uitalesq; uires confirmare,
ualidioresq; facere uidetur, quod sibi munus
uendicat præcipuè lætitia, et inita cum
amico, iucundoq; socio consuetudo, quia si
natura ē morboꝝ medica, et naturā hæ
roborant, et in suis obeundis muneribus
uiuidiorem efficiunt: quid mirum uel ex
hoc solo bonā sanationē interdū deriuari?

Laudat etiam Auicennas consensum apud ui=
rum grauem, auctoritat^e pollentem, cuius in=
tuitu uerecundet, et erubescat ægrotus uel
ob hanc causam à nocentibus rebus distrac=
tus. laudat etiam soli, coeliq; mutationem,
et uariandar; formar, et motuū curā sus=
ceptam ad corrigendas membror; dispositiones
prauas, obseruandamq; regulam statuit, ut
minia fiant fortia medicamenta in tempo=
ribus: ut ipse dicat, fortibus, quale ē cesriuū,
quale [illegible], imo illud adiungit offarū
dignissimum monitum: non omnem reple=
tionem, nec omnem temperaturæ labem suo
indigere contrario uel [illegible] euac=
cuationem, uel ad oppositum incedendū

qualitatem, sed multoties satis esse, superq;
omnesq; curandi numeros implere rectam
uictus rationem, quæ uel sola repletionem
tollere ualeat, aut malam temperaturam
corrigere. Huc adde, quod in pª Fen quarti
canonis curandarum febrium methodum
explicans, ac de putridis potissimu ab humo-
rum corruptoz copia pendentibus uerba fa-
ciens affirmat blanda à principio medica-
mina leniendi alui uim habentia; qualis
est cassia, tamarindi, manna pene aliqn
exhiberi, sibi tn̄ magis arridere enematu
usum ueluti tutiorem, et sine ullo uiriu
dispendio, sine ulla succoz agitatione
idem præstantem. Non acquiescit Aui-

cennas lenissimos pharmacorum usui in febre etiam urgente, et aliquam inde non expectatam laesionem pertimescit, quanto minus ualidioribus confideret, manusque daret medelis? in morbis acutis non iudicat eas necessarias, in quibus uix habet natura operandi opportunum tempus; quanto magis in cronicis iudicabit supervacaneas, in quibus eadem plures habet suarum exerendarum uirium occasiones? Verum satis iam ostendisse uidemur quod a primordio proposuimus ostendendum, fugiendum quam maxime fieri potest medicamentorum usum, nec nisi urgente necessitate attingendum, et diligenti potius uiuendi ratione, et conseruandam

sanitatem, et ingruentem ægritudinē re=
pellendam, ut iure suo Magnus Hippocra=
tes hæc memorabilia uerba in libello de ar=
te scriptis mandare potuerit. Si in re Me=
dica, aut apud Medicos curatio ex purgan=
tibus, aut sistentibus medicamentis tantū
constaret, parum efficax ~~uera esset~~ ora=
tio. Nunc uero qui inter ~~Medicos maxime~~
celebrantur et uictus ratione, ~~et aliis~~ etiam
modis curationes faciunt, quæ non Medicus
modo, sed ne plebeius quidem omnino ru=
dis ex arte profecta eē negare audeat.
Quibus quidem uerbis ~~uero~~ Medicos a
frequenti medelarū exhibitione deterruit,
quocunq; prudentissime uidetur, ut conclu=

derius possimus utilissimum, et apertis ulnis amplexandum esse illud Phocylidis Poetæ uetustissimi, qui uel Isocratis teste optima reliquit humanæ uitæ consilia, aureis carminibus suis explicatum monitum φάρμακα μὴ τεύχειν. nam licet Pharmacorum nomine uenena præsertim insinuet, purgatoria tamen etiam medicamenta innuit aliquam cum ueneficiis formis cognationem habentia, cuius quidem cognationis sexcentis in locis, sed in fine præcipuè commentariorum in sextum Epidemicum locupletissimus est, clarissimusque testis Galenus.

[illegible]

[illegible]

tis profectum non esse salubris artis proprium,
uerum extra illius cancellos constitutum, quae
uel nunquam medicamina adhibet suis ge-
nuinis praesidiis contenta ad ciborum, exercita-
tionumque commoderationem pertinentibus, uel
si aliqua leuiuscula interdum adhibet, ea nō
ex proprio quasi penu deducit, sed ex diuersa
medicorum officina hanc qualemcunque suppe-
ctilem si non sibi necessariam, interdū tñ
utilem mutuo accipit. magno namque cognationis
uinculo sunt inter se artes deuinctae, mutuasque
sibi operas praestant et in unū sese coeunt et